Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Catalogus Librorum in Bibliotheca Reichiana triplici ordine dispositorum in curia canonicali domini Leopoldi Theodori Reich, canonici ad St. Petrum - Cod. Ettenheim-Münster 206

Reich, Leopoldus

[S.l.], 1688

De horedibus et ad quid ex facto [...]

urn:nbn:de:bsz:31-118202

Visual Library

quod successori praeiudicaret, eumque impediret in usu eiusdem dominij Iurisdictionis, et in constituendis Ministris, qui loco ac nomine ipsius eam Iurisdictionem administrent. Unde potius hic proxime dicta in ijs Iudicibus intelligenda sunt, qui dati sunt ad Regni Reipublicaeque totius administrationem de quo vide eundem Molin allegat. disp. 12. n. 5.

6.

De haeredibus, et ad quid ex facto defunctorum obligentur?

Quamvis regula sit, quod pacta inter aliquos facta, eis debeant prodesse, et nocere, cum quibus inita sunt, et non alijs l. si unus 27. § pacta 4 vers. ante omnia ff. de pact. Ei namque, cui factum est pactum, quaeritur actio: cum alteri stipulari vel paciscj nemo possit § alteri 18. Inst. de inut. stipul. Certissimum siquidem est, ex alterius contractu neminem obligari l. pen. C. ne Vx. pro Marito, et res inter alios acta alijs non praeiudicat t. tit. res inter alios act.

Tamen hoc fallit in haeredibus ipsorum paciscentium, quibus et nocet, et prodest pactum defunctorum, etiamsi de ijs in pacto vel contractu non sit facta mentio, idque duplici ex ratione. primo quia haeres et defunctus, una eademque persona esse censentur. secundo quia quilibet ~~sibi~~ sibi et haeredibus

(37

intelligitur prospexisse, adde etiam quod pactu
in dubis intelligatur reale et praesumatur per-
sona adiecta demonstrationis causa. Bart.
in l. qui futurum §. i. ff. de pact.
Et in hanc sententiam est text. in l. si pactum q.
ff. d. probat. vide Natt. cons. 216. n. 12. Socin.
resp. 52. n. 2. lib. 3. Ludovic. in suis Conclus.
16. n. 13. et seqq. et Menoch. de praesumpt. l. 3.
praes. 47.

Haeredum appellatione an
et qualiter veniant extranei vide
rationes & authoritates apud
Speid. in spec. var. obs. verbo
Erben.

De debitis & oneribus haereditariis.

Haeres quamvis ad debita et onera haeredita-
ria obligetur; constat tamen quod solum pro eadem
quota, in qua haeres est, et non ultra, teneatur.
Castrens. cons. 412. cir. fin. lib. 1. Actiones namque
haereditariae non tam activè quam passivè
in portiones haereditarias ipso Iure et ex lege XII
Tabb. sunt divisae. l. ea quae C. fam. ercisc. Et
quod pro haereditariis tantum partibus haeredes onera
haereditaria agnoscere teneantur, placuit etiam
in rationibus fisci. l. 2. C. d. haered. act.
Ac licet regulariter tam de Iure, quam consuetudi-
ne, haeres de facto, et obligatione defuncti teneatur